34

I. N. J.

AHASVERI FRITSCHI

TUTOR PECCANS,

Sive

TRACTATUS

De

TUTORUM & CURATORUM PECCATIS.

NORIMBERGÆ,
Apud WOLFGANGUM MAURITIUM ENDTERUM.
Anno M DC LXXXV.

INDEX CONCLUSIONUM.

CONCLUSIO I.

Peccat is, qui absq; legitimâ causâ Orphanorum tutelam in se suscipere recusat.

CONCLUSIO II.

Peccat cognatus, qui cognato pupillo tutorem non petit.

CONCLUSIO III.

Peccat Tutor, qui piam pupilli educationem negligit.

CONCLUSIO IV.

Peccat Tutor, qui juramentum tutelæ temerè violat.

CONCLUSIO V.

Peccat Tutor, qui bona pupilli malè, & negligenter administrat.

CONCLUSIO VI.

Peccat Tutor, qui pecunias pupillares in proprios usus convertit, aut bona ad se rapit.

CONCLUSIO VII.

Peccat Tutor, qui in rationes tutelares, plus infert, quàm verè expendit.

CONCLUSIO VIII.

Peccat Tutor, qui Contutorem malè administrantem non coërcet, & ut suspectum accusat.

CONCLUSIO IX.

Peccat Tutor, qui propriâ autoritate, sine urgenti necessitate & absq; decreto Magistratûs domum vel prædium pupilli, cum ipsius damno alienat.

CONCLUSIO X.

Peccat Tutor, qui rationes tutelares juxta legem vel statutum quotannis reddere moratur.

CONCLUSIO XI.

Peccat Tutor cognatus, qui in rebus pupilli velut Dominus agit.

CONCLUSIO XII.

Peccat Tutor cognatus, qui pupillam, honeſtum matrimonium inire prohibet.

CONCLUSIO XIII.

Peccat Tutoris heres, qui præſtare recuſat, quod defunctus in rationibus pupillaribus debet.

CONCLUSIO XIV.

Peccat Tutor, qui pupillum nimis duriter & iniquè tractat.

CONCLUSIO XV.

Peccat Tutor, qui pupillo, ut ſervo gratis utitur.

CONCLUSIO XVI.

Peccat Tutor, qui pupillum à ſtudiis liberalibus, arcet.

CONCLUSIO XVII.

Peccat Tutor, qui pupillum nullam artem honeſtam diſcere curat.

CONCLUSIO. XVIII.

Peccat Tutor, qui neceſſaria alimenta pupillo denegat.

CONCLUSIO XIX.

Peccat Tutor, qui ſupervacaneam litem cum damno pupilli inſtituit.

CONCLUSIO XX.

Peccat Tutor, qui propter adminiſtrationem tutelæ ſibi ipſi Salarium conſtituit.

I. N. J.

I. N. J.

TRACTATUS *De* PECCATIS TUTORUM.

CONCLUSIO I.

Peccat is, qui absq; legitimâ causâ Orphanorum tutelam in se suscipere recusât.

TUtela & cura pupillorum munus civile est, atq; publicum. *§. 1. Instit. de excus. tut. l. 6. §. 15. eod.* â quo nemo Civium sese excusare potest, nisi qui justam ac legitimam excusationis causam habet. *Pr. Inst. de excus.* Est

etiam Pietatis ac Caritatis Christianæ officium, orphanorum ac pupillorum curam atq; tutelam suscipere. Qui igitur absq; justâ causâ tutelæ onus subire recusat, ac orphano velut personæ miserabili hoc pietatis officium denegat, is graviter peccat. Deus enim in verbo suo vult orphanorum atq; viduarum curam maximè haberi. Et sanè talis homo hâc impietate indignum se reddit patrocinio ac tutelâ propriorũ liberorum, quos post mortem orphanos relinquit. Et vindicat non solùm Magistratus civili pœnâ, verùm & Deus ipse injustam tutelæ recusationem. Add. Menger. *Theologus quondam Hallensis, qui in Scrut. Consc. c. 4. q. 88. ita scribit*: Es frage sich einer und der andere; ob sie verwaisete Kinder in Pflege / Sorge / und Vormundschafft zu nehmen sich geweigert / widersetzet / und solches Vätterlichen Amts ohne erhebliche Ursache übergeben und entschlossen seyn wollen? So seynd manche gesinnet /

net / die fliehen vor Vormundschafft / wie vor der Pestilentz / wollen mit keinen armen Wittwen und Waisen zu thun haben / sonderlich da nicht viel zum besten / zu reicher Leute Kinder Erbe / und Verlassenschafft lassen sich etliche noch eher behandeln / wo im Rohr gute Pfeiffen zu schneiden. Aber wo ein geringer und armer Hauffe verwaiseter Kinder ist / da es viel Mühe / Sorge / Fleiß und Arbeit erfordert / da ist niemand daheim. Mancher kan für Eigennutz / und seiner Nahrung nicht dazu kommen / daß er auch für fremde Kinder sorgen / gehen / sollicitiren und vigiliren solte / es möchte ihm zu viel abgehen in seiner Haushaltung / er würde seines eigenen Nutzes nicht sowol abwarten können / solte er um seiner Mündlein willen so manchen langen Weg ümsonst gehen / Register halten / und nichts davon haben / das will er wol lassen / darum siehet er immer / wie er sich von Vormundschafften loß mag ausdrehen. Wenn nun alle Leute also

gesinnet wären / Lieber sage mir / wo wolten denn verwaisete Kinder Pflege / Schutz und Unterhalt bekommen? Solte ein solcher Mann nicht seine eigene Noth und Sterblichkeit ansehen/und bedencken? Solte er nicht auf seine eigene Kinder hierunter ein Auge haben? Wolte er auch gerne / daß andere gegen seine eigne Kinder einmal gleich gesinnet / und resolvirt wären / daß sie aller Pflege und Vormundschafft sich eussern und entschuldigen solten? Was er nun nicht wolte / daß seinen Kindern begegnen und wiederfahren möchte / soll er auch andern Nachbarn und Freundes-Kindern nicht thun und beweisen / darum sich hier mancher zu prüfen und sein Gewissen zu befragen hat. Sanè laudandus ille, qui etiamsi legitimam sese ab onere tutelæ excusandi causam habet, nihilominus pro caritate pupilli tutelam suscipit.

CON-

CONCLUSIO II.

Peccat cognatus, qui cognato pupillo tutorem non petit.

Plo Magiſtratui incumbit, fideles pupillis tutores conſtituere, ne indefenſi maneant, jacturamq́; bonorum patiantur. Si verò hoc officium, ut nonnunquam fit, neglexerint, non leviter peccant, Et quamvis de jure Romano cognati & affines, ut & familiares & amici parentum, non teneantur pupillo tutorem petere *l. 2. pr. qui petant tutores.* Peccant tamen Cognati, ſi hoc pietatis debitum negligant. Cognationis enim & ſanguinis jure obſtringuntur, quærere cognatorum ſuorum commodum; licet ſuccedendi ſpes nulla ſit. Sufficit, quod Orphani ſint miſerabiles perſonæ, & curâ ac defenſione aliorum egeant. Natura ipſa inter nos cognationem quandam conſtituit. *L. ut vim. 3. de J. & J.* Et inter-

OOCO
OOIIOOCO

eſt hominis, hominem beneficio affici. *L. 7. de ſervo export.* Longè latiùs ſeſe extendit officium pietatis, quod Chriſtianus Chriſtiano debet, quàm obligatio legis Civilis. *Vid. Tract. noſtr. de regimine Caritatis in variis cauſis & negot. civil.*

CONCLUSIO III.

Peccat Tutor, qui piam pupilli educationem negligit.

TUtor pupillos ſibi commiſſos, perinde ac proprios liberos, adfectu paterno curare debet. Plato *lib. 11. de legib.* Quemadmodum igitur Pater tàm divino quàm naturali jure obligatur, filios ſuos piè educare, ἐν παιδείᾳ καὶ νουθεσίᾳ κυρίου: *in doctrina & admonitione Domini. Epheſ. 6.* Ita etiam Tutor patris loco eſt, ex paterno adfectu, bonæ & Chriſtianæ educationis pupilli curam habere tenetur. Si verò is in hac re negli-

negligens fuerit, pupillum in Christianiſmo & capitibus pietatis non curet inſtitui; cùm peccantem viderit, eumq́; non corrigat; aut malis moribus & exemplis ad peccandum ipſe illiciat, hâc ſuâ negligentiâ eum graviſſimè peccare, nemo negaverit. Væ illi, qui facit officium Domini negligenter! Væ illis, qui parvulis ſcandalum præbet! Perſuadent ſibi nonnulli tutores, ſe ſatisfeciſſe ſuo officio, ſi pupillorum bona integra ſervent. Sed majus eſt, animam pupilli ſervare, quàm corpus & bona: Animæ ſalus potior corporali ſalute. Sanè Magiſtratus à tutoribus non ſolùm rationem adminiſtrationis bonorum, verum etiam educationis pupilli exigere deberent. Vid. D. Menger. *Scrut. Conſc. cap.8.q.87.* ubi ait: Vormünde/ Curatores und Pfleger der Waiſen fragen ſich: Ob ſie auch ihre Pflege-Töchter und Mündlein zuförderiſt / und vor allen Dingen zur Gottesfurcht gehalten/ in wahren Chriſten.

stenthum/ Catechismus-Lehre und guten Wercken auferziehen / und sie mit allem Fleiß und Ernst versehen und versorgen wollen / daß sie zu ihrer Seelen Heil und Seligkeit in Glauben und Erkänntniß Christi wol unterrichtet / und gelehret werden möchten? Wer dencket fast unter Vormündern heutiges Tages daran? Und doch gleichwol sind sie hierzu verpflichtet und verbunden auf ihr Gewissen / denn weil sie an Eltern Statt von GOtt und der Obrigkeit den Unmündigen vorgesetzet und verordnet seyn / so sollen und müssen sie auch mit allem Fleiß ihrer Pfleg-Kinder Heil und Wolfarth/ geistlich uñ leiblich suchen und befördern helffen. Vid. etiam Ordinatio Saxo-Gothana von Vormundschafften § 4. ubi dicitur: Es sollen die Vormündere nach Müglichkeit selbst und durch andere ihre Pfleg-Vertrauete zu Hause zu wahrer Gottesfurcht anführen / und sonsten gute Haus-Zucht gegen sie pflegen/ und pflegen lassen / sie zu rechter Zeit zum

heili-

heiligen Abendmahl schicken / auch stetig mit auffsehen / damit sie nicht die Kirchen-Versamlungen / sonderlich / nach dem sie der Schulen erlassen / liederlich und muthwillig verabsaumen / oder auch / was sie vorhero in der Schule erlernet / wiederum vergessen. Et §. 8. Sollen ein Aufmerckē haben / damit die heranwachsende Unmündige / nicht zu Müssiggang / Fressen und Sauffen / oder andern üppigen Wesen gerathen / oder zu böser ärgerlicher Gesellschafft sich halten / und dadurch verführet werden. Add. Churf. Sächs. Schul-Ordnung p. 3. Tit. Von der Disciplin und Zucht. Es sollen die verordnete Vormündere fleissiges und ernstlich Auffsicht halten / daß ihre Pflege-Kinder dieweil sie noch zart / und zu biegen sind / zu aller Erbarkeit und guten Sitten gezogen werden / und in der Schule / Kirchen / auf der Gassen / in ihren Häusern / und an allen Orten guten Wandel führen / wo aber dieselbe aus Unverstand und Nachlässigkeit ihrer

Mündlinge nicht achten / dieselben mit der Zucht versaumen / und nicht wie sie vor GOtt schuldig / ob ihnen halten würden / die sollen dem Magistrat angezeiget werden / damit derselbe dargegen sein Amt gebrauchen / und verrichten möge.

CONCLUSIO IV.

Peccat Tutor, qui juramentum tutelæ temerè violat.

TUtor de Jure Romano, *l. ult. §. 4 C. de admin. tut. Nov. 72. cap. ult.* & juxta Ordinationem Politicam *de Anno 1577. Tit. 32.* jurare debet, quòd velit tutoris officio benè fungi. Formula juramenti tutorii in Ordinatione Camerali, *de Anno 1538.* hæc legitur: Ich N. schwere und gelobe / daß ich N. nachgelassenen Kindern mit Namen N. N. auch allen ihren beweglichen / und unbeweglichen Haabe und Gütern / nichts ausgesondert

dert oder ausgeschlossen / getreulich und erbarlich vorstehen / handeln und bewahren / die ligende Gründe und Güter nicht verändern / sondern in guten Wesen erhalten will / und meine Mündlein und ihre Güter / inn= und ausserhalb deß Gerichts biß an die hohe Obrigkeit / als ihnen von GOtt verordnete Ober-Vormunden / zu verantworten / zu vertretten und zu verthätigen / wie und wo dessen nöthig / und sie / und das ihre nicht unbeschirmet / noch was ihnen nütze und gut / unterwegen lassen / auch der Kinder Haab und Güter mit Zuziehung unverdächtiger Notarien und Zeugen / öffentlich / getreulich / und eigentlich zu beschreiben / nichts davon aussen zu lassen / inventarium darüber zu machen / zu desselben glaubwürdige Abschrifft bey der Obrigkeit zu hinterlegen / und gebührlicher Zeit aufrichtige und ehrliche Rechnung / Rede und Antwort von solchem Inventario, und meiner Mündlein Haab und Güter / darum zu geben und zu thun / auch meiner Mündlein

jähr=

jährliches Einkommen / und Gefälle / es sey wenn es wolle / in meinen noch der Meinigen Nutz nicht wenden / vielweniger mich der andern ihre Güter in meinen oder der Meinigen Brauch zu ziehen / unterstehen / sondern mich davon gäntzlich zu äussern / und bey dem allen getreulich und erbarlich ohne Gefährde zu handeln / alles bey Verpfändung und Verpflichtung aller meiner Erben Haab und Güter / der Jetzigen und der Zukünfftigen / so wahr als mir GOtt und sein heiliges Wort hier und dort helffen soll / Amen.

Alia Juramenti Formula legitur in Ordinatione provinciali Saxo-Gothana de An. 1652. §. 12. quæ hujus est tenoris: Ihr sollt gelobē und schweren / daß ihr N. dem ihr zum Vormund itzo verordnet werdet / Person / Haab / Gut und Vermögen getreulich und erbarlich vorseyn / auf seine Person und deren Erziehung zu Seel und Leib fleissig sehē / dessen Güter in eurem unziemlichen Nutzen nicht kehren / noch wenden

den/darüber ein richtiges inventarium förderlich aufrichten lassen / und gerechtlich einlieffern / ihn ausser = und innerhalb Rechtens treulich beschirmen/ und vertretten / was ihm nützlich ist/ bestes möglichen Fleisses vollbringen/und dargegen was ihm schädlich und unnützlich/ unterlassen / seine liegende Güter und ander Angehörung / welche bey dem gemeinen Lauff und Wandel nicht pflegen veräussert und loß geschlagen zu werden/ ohne Obrigkeitliches Vorwissen und Erkänntniß nicht verkauffen/ verschwenden oder beschweren / in allen und jeden Stücken / die euch und eure Verwaltung betreffen / denen dißfalls auf Landesfürstliche gnädige Verordnung publicirten / und euch jetzo vorgelesenen Puncten / euch gemäß verhalten / darwider wissentlich und vorsetzlich nichts handeln noch fürnehmen/ um euer Thun und Lassen gebührliche Rede und Antwort geben / sonderlich die Rechnung nach Anweisung gemeldter Puncten führen und erstatten / und euch

euch allerdings alſo bezeigen werdet / als einem getreuen Vormund eignet und gebühret / alles bey Verpfändung euer Haabe und Güter.

Quicunque igitur Tutor hanc ſuam juratam fidei promiſſionem temerè violat, contra conſcientiam peccat, ac ſi non Magiſtratûs civilis, divinæ tamen vindictæ ac pœnæ ſe obnoxium reddit. Quamvis autem hodiè multis in locis promiſſio fidei à Tutore absque juramento, ut & ſine Satisdatione fieri ſoleat. Sande *lib. 2. decis. Friſic. tit. 9. def. 9.* quod tamen non adeò probamus; nihilominus tamen Tutor peccat, ſi id non præſtat, quod munus tutelare ab eo exigit.

CON-

CONCLUSIO V.

Peccat Tutor, qui bona pupilli malè, & negligenter administrat.

TUtor quantum ad providentiam pupillarem, habetur loco Domini, *l. 22. de administr. tut.* liberam igitur habet bonorum pupulli administrationem. Tenetur autem Tutor in administratione tantam curam, ac diligentiam adhibere, quantam bonus Paterfamiliâs suis rebus impendit *l. 33. pr. l. 13. §. 1. l. 10. d. t.* nihilque negligere; nam etiam de neglectis Tutor tenetur *l 2. C. Si tutor l. Cui non gess. l. 7. C. arbitr. tut.* omneque damnum, ex latâ vel levi culpa datum, pupillo præstare. Non enim leviter peccat Tutor, qui malâ ac negligenti administratione suâ, pupilli matrimonium non tàm servat, & auget, quàm imminuit, ut hodiè sæpius fieri solet, & pupilli

Majo-

Majorennes facti cum gravissimo damno experiuntur. Nullum sanè officium nobis grave esse deberet, quod Orphanis præstamus, cùm Deus curam istam largiter compensare promiserit. Ecclesiasticus ait: *Esto pupillis misericors, ut pater, & eris tu velut filius altissimi obediens, & miserebitur tui magis, quàm mater.* Qui bonus atque fidelis tutor est, ille mavult detrimentum aliquod in re familiari propriâ pati, quàm ullo modo negligentiâ suâ pupillo nocere. Utinam omnes tutores ita sentirent, tot miserabilium Orphanorum querelas non audiremus!

CONCLUSIO VI.

Peccat Tutor, qui pecunias pupillares in proprios usus convertit, aut bona ad se rapit.

TUtores debent esse patres, custodes ac tutores bonorum pupilli,

pilli, ſed ſæpè non tàm tutores, quàm tollitores eſſe ſolent, ſind Vermündere. Et hodiè plurimis in locis audiuntur querelæ de tutorum rapacitate & infidelitate, daß die Vormündere / die armen unmündigen Kinder um das ihrige gebracht / und unter sich gebrockt. Graviſſimum profectò eſt peccatum, quô tales tutores divinum maledictum in ſe ac liberos ſuos transferunt. Unicus obulus, quem ex bonis pupillaribus fraudulenter in uſus proprios tutor convertit, omnia ipſius bona ſæpè perdit, frisset all ihr Haab und Gut. Id teſtantur exempla ipsa. Plato gentilis dixit: *Tutorum negligentiæ, rapacitatis, aut avaritiæ in adminiſtranda pupillorum ſibi commiſſorum tutela Deum vindicem eſſe futurum, ac proinde Magiſtratum vitiorum tutoris judicem & vindicem debere eſſe acerrimum.* Sanè Magiſtratus, vel Præfecti tutelares, qui hanc rem non curant, nec ſuſpectos

tutores à tutelâ tempestivè removent, maximè peccant; quemadmodum etiam de Romano jure conveniri poterant. *t.t. de Magistr. Conven.* Sed, proh dolor! hodiè hanc actionis speciem in praxi rarò, vel nunquam videmus. Vindicabit autem ipse Deus, tàm Magistratuum supinam negligentiam, quàm ipsorum tutorum fraudem & rapacitatem. Add. D. Meng. *Scrut. Consc. c. 11. q. 118.* Ubi ait: Vormündere fragen sich / ob sie ihrer Mündlein und verwaiseten Pfleg-Kinder Gut / Erbtheil / und Verlassenschafft der Eltern an sich gezogen / sich davon bereichert.

CONCLUSIO VII.

Peccat Tutor, qui in rationes tutelares, plus infert, quàm verè expendit.

NEminem cum alterius damno, & injuriâ se locupletiorem reddere

dere debere, ipsum naturæ jus dictitat. Graviùs autem ac turpiùs est, si id faciat is, qui alterius pater, defensor, tutor & curator esse debet; dupliciter enim talis homo peccat. Reperiuntur tutores, avari, qui non dubitant, in rationes pupillares expensarum nomine majorem summam inferre, quàm verè expenderunt: aut si vestes & alimenta eis dederint, iniquè æstimare, pupillarem autem supellectilem pro vili pretio emere. Pflegen der unmündigen Kinder Sachen in geringen liederlichen Werth zu kauffen / und an sich zu nehmen: dagegen ihnen Kleider und Schuhe / Speis und Tranck / und was auf sie gewendet werden müssen / mit doppelter Kreide anzuschreiben und zu berechnen. Quæ impietas horrenda est, & à Magistratu gravissimè puniri deberet. Cùm vix inter Turcas & Barbaros ejusmodi crudelitatis exempla reperire liceat. Tales sanè impii tutores hac sua rapacitate pro-

prias domus evertunt, iram & vindictam divinam contra ſe ſuosque provocant.

CONCLUSIO VIII.

Peccat Tutor, qui Contutorem malè adminiſtrantem non coërcet, & ut ſuſpectum accuſat.

TUtoris officio incumbit, Contutorem vel Collegam ſuum, quem malè & negligenter tutelam adminiſtrare videt, monere, eumque ut ſuſpectum poſtulare. Si id omiſerit, & indè pupillo damnum naſcatur, peccat, & ad damni reſtitutionem in ſubſidium tenetur. *l. 1. §. 15. de tut. & rat. diſtrah.* potuiſſet enim ac debuiſſet periculum hoc à pupillo avertere, minimeque cum pupilli damno, famæ, ac exiſtimationi amici ac Collegæ parcere. Sunt Orphani, ut perſonæ miſerabiles, & quæ ſeipſos

ipsos defendere nequeunt apud omnes gentes favore & misericordiâ dignissimi, quorum favore etiam multa singularia Romano jure sunt recepta. Cedat igitur affectus erga amicum Contutorem amori & favori, qui pupillo debetur. Si verò quis tutor honorarius fuerit absque administratione, ob neglectam inspectionem peccat, & in subsidium propterea obligatur. *l. 2. §. 2. de admin. tut.*

CONCLUSIO IX.

Peccat Tutor, qui propriâ autoritate, sine urgenti necessitate & absq; decreto Magistratûs domum vel prædium pupilli, cum ipsius damno alienat.

ROmani voluêre pupillorum utilitati legibus prudenter latis,

plenissimè consulere, eisque in omnes casus optimè prospicere; Undè prohibuerunt, bona pupillaria, absque verâ & urgente necessitate, & sine solenni Magistratûs Decreto alienare *tot. tit. de rebus eorum, qui sub tutela*; ne aliquando Majorennes facti nimis serò doleant, tutorum negligentiâ vel malitiâ amisisse v. g. domum, in quâ nati, & educati, prædium ex cujus reditibus victum habere potuissent. Malè igitur facit tutor, & contra officium suum peccat, si proprio ausu, absque præscitu & consensu Magistratûs, nullaque urgente necessitate bona pupilli vendat, aut alio modo alienet. Adeò temerarii sunt nonnulli tutores, ut si pecunia, quâ in administratione tutelæ opus habent, non statim in promtu sit, eam non quærant medio aliquo, pupillo minùs damnoso, sed præcipitanter v. g. ad venditionem domûs vel agelli pupillaris properent, nec consilio & cognitione Magistra-

giſtratûs præviâ, nec ſatis probatâ neceſſitatis alienandi causâ. Is ſanè tutor, qui ad evitandam bonorum pupilli alienationem, de proprio aliquid expendit, maximam laudem bonitatis meretur. Contrà verò, qui ne obulum quidem pro pupillo expendere vult, cùm tamen ſine magno incommodo facere poſſit, culpandus. Licet enim de jure Romano non tenetur, de propriis bonis pupilli commoditatibus ſervire, tenetur tamen lege charitatis, quæ fortior latiusque ſe extendit. Quivis tutor cogitet, ſe parentis loco eſſe, Deumque ipſius fidei & dilectioni miſerabiles Orphanos commiſiſſe, pro quibus ipſi aliquando ratio reddenda erit.

CONCLUSIO X.

Peccat Tutor, qui rationes tutelares juxta legem vel ſtatutum quotannis reddere moratur.

OMnes rei alienæ adminiſtratores tenentur adminiſtrationis ſuæ rationem reddere; Cùm igitur tutoribus bonorum pupillarium libera adminiſtratio, cujus intuitu pro Dominis habentur, conceſſa ſit, iidem ad reddendas rationes omni jure adſtringuntur. Intereſt autem pupillorum, tutorem quotannis rationem acceptorum, & expenſarum fideliter reddere, ut illis eò magis cautum ſit. Quò enim majus periculum, eò magis cavendum. Teſtatur experientia, cum gravi detrimento pupillorum rationum redditionem à tutoribus differri. Undè ordinatione Politicâ Imperii cavetur,

tur, singulis annis tutores rationes reddere debere. Idem in ordinatione Politicâ Saxo-Electorali. Tit. Justitien-Sachen § 16. dispositum legitur. Verba hæc sunt: Es ist klagende fürbracht / daß sich bey etlichen Vormunden der Eigennutz mächtig ereignen thäte / mit unterthänigster Bitte / zu besserer Vorkommung der Unmündigen Schaden / ob vorigen Constitutionen mit Ernst zu halten. Dieweil wir denn solches vor hoch nothwendig erachtet / als wollen wir vorige Verordnungen hiermit erneuert / und allen und jeden Gerichts-Herren ernstlich befohlen haben / daß sie jährlich / ohn Unterscheid / von allen tutoren die Rechnung abfordern / dieselben den nechsten Freunden übergeben / und darauf von ihnen gebührend justificiren lassen / auch es dahin richten sollen / damit der Mündlein Substantz ohne Gefahr ohn einiger dilapidation verbleiben / und denenselben zu Nutz angewendet werden möchte / mit dieser aus-

drücklichen Verwarnung/da einer oder der ander sich hierinnen nachlässig und säumig erweisen würde / daß er dem Mündlein vor allen Schaden / der ihme daraus zuwachsen möchte / selbst hafftē/auch unser unablässigen Straffe gewärtig seyn solle. Saluberrima quidem est hæc Constitutio, sed dolendum, quod hodiè malè servetur. *Vid. etiam Ordinat. Saxo-Gothanam. in Appendice.* Peccat igitur Tutor, qui neglectâ hac Constitutione rationes tutelares reddere cunctatur; non tantùm enim sese malæ administrationis suspectum reddit; verùm etiam sibi suisque pessimè consulit; Si enim morte præventus rationes non reddiderit, cum difficultate & periculo à liberis & heredibus tutoris posteà redduntur.

CON-

CONCLUSIO XI.

Peccat Tutor cognatus, qui in rebus pupilli velut Dominus agit.

JUra Romana optimè præſumunt de Cognatis pupilli proximis, undè in tutelâ regulariter dativis tutoribus præferuntur. *t. t. de legit. agnat. tut.* Major enim affectio erga pupillum in conſanguineo, quàm in extraneo præſumitur. Sed non rarò experientia docet, extraneos pupillorum tutores longè fideliores eſſe, quàm cognatos ipſos. Hi quandoque in rebus pupilli, velut Domini proprietarii agunt, majorem ſibi libertatem, tanquam proximi pupilli heredes in adminiſtratione tutelæ attribuentes, quàm leges permittunt. Nec deſunt exempla Cognatorum, qui impio captandæ mortis voto inducti in bonis pupillorum

grassantur, aut insidias ipsorum vitæ struere non verentur. Quorum tutorum impietas ob cognationem eò magis detestanda est. Et experientia, hodiè testatur, Testamentarios & dativos tutores sæpè majori fide pupillorum commoda quærere, quàm legitimos.

CONCLUSIO XII.

Peccat Tutor cognatus, qui pupillam, honestum matrimonium inire prohibet.

FEminæ, quæ adhuc sunt sub tutelâ, vel curâ, non quidem necessariò tenentur consensum Curatorum, vel agnatorum ad matrimonium adhibere; Ordinationibus tamen multorum locorum introductum est, ne absque ipsorum consilio nuptias contrahant. Sunt autem tutores, qui vel ob spem successionis in bonis pupillæ, vel ne teneantur rationes reddere, vel etiam, ut diutiùs substantia

tia pupillari frui possint, matrimonia pupillarum, licet honesta sint, non tàm promovent, quàm impediunt. Hæc injuria verò minimè ferenda est, sed quando Magistratus eam animadverterit, dissensu & contradictione tutoris non attentâ, pupillæ matrimonium permittere, illumque ad rationes reddendas eò magis adstringere debet. De tali enim tutore non benè præsumitur, sed in dolo versari creditur.

CONCLUSIO XIII.

Peccat Tutoris heres, qui præstare recusat, quod defunctus in rationibus pupillaribus debet.

ORphani verè miserabiles sunt personæ, omniumq́; injuriis ac rapacitatibus expositi, nec satis Magistratus contra fraudes tutorum, & curatorum eis prospicere potest. Tu-

tores sæpè redditionem rationum pupillarium de die in diem protrahunt, donec moriantur: Undè miseri pupilli valdè periclitantur, ob rationes à Tutore nondum redditas, cumprimis, cùm defunctus obæratus fuerit. Indè nascuntur sumtuosæ lites cum hæredibus tutoris, quarum litium occasione pupilli patrimonio, quod fortè adhuc superest, privantur. Peccant sanè tutoris hæredes, si pupillis non præstant, quod in administratione tutelæ defunctus debuit. Sciant non benedictionem, sed maledictum cum tutoris defuncti bonis ad ipsos transferri, si ea pupillaribus servata, vel aucta fuerint. Ad minimum igitur usq; obolum heredes ex bonis tutoris satisfaciant pupillis, ne horum gemitus, & lacrymæ maledictum eis adferant.

CONCLUSIO XIV.

Peccat Tutor, qui pupillum nimis duriter & iniquè tractat.

NOn rarò accidit, pupillos à tutoribus ſuis admodùm duriter & velut mancipia tractari, eosque à filiis, ſervis ac domeſticis verbis contumelioſis, & verberibus indignè adfligi, werden manchesmal von ihrem Vormunde als Hunde tractiret / und müſſen aller anderer im Hauſe Fußhader ſeyn. Sed hoc grave peccatum eſt. Sunt enim aliàs orphani miſerabiles perſonæ; adflictis igitur non addenda eſt afflictio. Quod patribus naturalibus inculcat D. Oſiand. *in Prov. 18.* id ad tutores applicare licet. Meminerint tutores ſe eſſe tutores (qui pupillos ab injuria aliorum tueri debent,) & non carnifices. Itaque moderatè tractent pupillos ſuos, ne ipſorum ſævitiâ & duritie exaſperati ea faciant ex quadam deſpe-

ſperatione, & animi furore, quæ alias nunquam in animum ſuum induxiſſent. Præfecti tutelares, qui in quibusdam Civitatibus conſtituuntur, vulgò dicti Vormundſchaffts-Herren; Waiſen-Richter/ curent, tutores erga pupillos ipſorum fidei & curæ paternæ commiſſos, ita ſe gerere, ut pii parentes erga liberos. Minimè etiam patiatur Tutor pupillum à filiis vel famulis domeſticis vexari, & opprimi.

CONCLUSIO XV.

Peccat Tutor, qui pupillo, ut ſervo gratis utitur.

TUtor, quoad perſonam pupilli patris loco eſt, non Domini; pupillus igitur ut filius, non ut ſervus ſerviliter tractari & operis ſervilibus onerari debet. Si verò talis pupilli conditio ſit, ut propter paupertatem ſervire debeat, gratuitam tutori operam præſtare non tenetur. Acci-

Accidit, tutorem pro alimentis ex pupilli bonis certam pecuniæ ſummam quotannis in rationes inferre, verſchreibet jährlich ein gewiſſes Koſt-Geld in der Rechnung / & tamen pupilli, velut domeſtici ſervi operâ, gratis uti vult. Hoc certè eſt iniquum, & minimè ferendum. Der Unmündige iſt nicht deß Vormunds Knecht / ſondern Pflege-Sohn. Peccat igitur tutor, ſi pupilli operâ gratuitò utatur, & juxta æquitatem operas cum alimentis compenſare nolit. Longè graviùs peccat tutor, quando propter famulitium, & operas, quas pupillo injungit, is à cultu divino, vel ab arte aliqua diſcenda prohibetur.

CONCLUSIO XVI.

Peccat Tutor, qui pupillum à ſtudiis liberalibus, arcet.

SI pupillus ingenio polleat, & ad excolenda ſtudia idoneus ſit, tantum

tum etiam in facultatibus habeat, ex quo ſumtus ad ſtudia ſumi poſſint, eum tutor non abstrahere, ſed potiùs exhortari debet. Quod pater filio, id Tutor pupillo præſtet. Quemadmodum autem pater peccat, qui filium bonæ indolis in literis erudiri non curat. Vid. Meng. *Scrut. Conſc. c. 8. q. 29.* Tr. noſter *de peccat. parentum;* ita & tutor. Optima ſæpè ingenia, quod dolendum, negliguntur, quæ præ multis aliis ditiorum filiis in Republica vel Eccleſia, Deo ac patriæ utiliter ſervire poſſent. Sed ſi tutor plebejæ conditionis, ſutor vel ſartor fuerit, ingenii pupillaris exiguam plerumque curam habere ſolet. Ideoque prudens Magiſtratus ſcrutinio ingeniorum Civium inſtituto, huic rei providere deberet.

CON-

CONCLUSIO XVII.

Peccat Tutor, qui pupillum nullam artem honeſtam diſcere curat.

INtereſt Reipublicæ, quemvis Civium artem aliquam diſcere, ex qua victum quotidianum honeſtè ſibi quærere poſſit. Quantum enim detrimenti Civitas ex otioſis hominibus, qui nullum certum vitæ genus ſibi eligêre, oriri ſoleat, experientia docet. Tenetur igitur tutor curam habere, ut pupillus aliquam honeſtam artem diſcat, ex qua ſeſe ſuſtentare poſſit. Et licet fortè tantum in facultatibus habeat, ex quo vivere poſſit, id tamen non excuſat; bona enim pereunt, ſed ars manet; Undè vulgò Germani dicunt: Ein Handwerck hat einen güldenen Boden. Peccatum ſanè non leve eſt, ſi tutor hoc negligat, & pupillum in otio vivere permittat. Cùm enim ille otio ac deſi-

desidiæ adsueverit, ist deß Faullentzens und Müssiggehens gewohnet / tandem aut in egestatem, aut in flagitia incidit, uti tristis experientia hodiè testatur, non paucos pupillorum malè educatos, per otium periisse.

CONCLUSIO XVIII.

Peccat Tutor, qui necessaria alimenta pupillo denegat.

